

Synodus aquilegensis



Docte ad legem ob impietate fidei quantum uniter
 sale concilio suscipere diffidit donec salutaribus
 beati pape sergij monitis instructa. Et ipsa huic cum ce
 teris christi ecclesijs annuere consentit. Facta est autem hec
 synodus constantinopoli temporibus pape iulij sub iustitia
 no pncipe contra theodoros. et omnes hereticos qui beatam
 mariam solum hominem non deum et hominem genuisse affirmant.
 In qua synodo catholice est institutum ut. b. maria sp
 vgo theotocos diceretur. quia sicut catholica fides
 habet. non solum hominem sed vere deum et hominem genuit.

Theodoros

Theodoros Anglorum
 Archiepiscopus vir doctissi
 mus optimusque per hoc tempus
 apud angliam floruit. Et inter
 cetera librum egregium edidit.
 In quo declaravit quod peniten
 tiam nunquam peccatum dilui pos
 set. sed et alia commentaria per
 pulchra in diuinis codicibus
 scripsit. Sanctus quoque the
 odoros augustudinesis episcopus
 virtutibus claruit.



Lambertus episcopus



Lambertus vir sanctissimus apud leodiū ea tempestate mar
 tyrium subiit. eo quod pipinum reprehenderit. quod uxori pellicem alpiadis supinduxerit.
 Hoc autem facinus alpiadis fratrem commisisse autem qui postea morbo pediculari consum
 ptus est. Hic ex nobilibus et diuitibus parentibus natus et a paterne litteris eruditus
 ita per sanctitatem suam ab omnibus amabatur. ut traiectensi ecclesie post theodardum magnum
 suum promoueri in episcopum mereret. Cum vero childericus filius eius promouit qui eum diligebat
 ab impijs occisus. Ad aligni cum suo honore priuarunt. et pharamundum in locum eius
 statuerunt. Lambertus cum duobus pueris monasterium ingressus per annos septem
 optime conuersatus. Unde expulso pharamundo iterum reductus. ubi multos verbo et
 exemplo conuertit. dedit ei contrarium. Cum per modum crucis in oratione prostratum directo
 iaculo sui impij in leodio peremerunt. Unde occulto nauigio ad pontificalem ecclesiam
 perduxerunt. et prope hostes illico sepelierunt. Sanctus autem chumbertus successor eius celitus ad
 monitus corpus sancti lamberti a traiecto leodiū cum magno miraculo gloria transfert.

Beda venerabilis

Beda anglicus presbiter et monachus cognomento venerabilis: vir latina
 greceque lingua non mediocriter eruditus. Anno domini. 692. per christianam reli
 gione multum laborauit. Hic trigessimū sue etatis annum agens. presbiter ordinatus est.
 Et in extremo natus angulo orbis. omnes terras perstrinxit. Eo quod docendo et predi
 cando usque in senium aut scribendo non destitit. ut per nouem. et. 50. annos et docere et li
 bros componere nunquam lassus visus fuerat. Ea propter ob religionem etiam atque modesti
 am venerabilis cognomen adeptus est. Scripsit enim multa in actus apostolorum. in lu
 cam etc. Edidit et librum de temporibus omeliasque plerasque quibus multum gallici sacer
 dotes utuntur. Edidit quoque commentarios in veteris ac noui testam. et librum de gestis
 anglorum. Qui postremo circa annum domini. 734. etatis vero sue. 72. plenus bonis opi
 bus diem obierit in sanctorum numero computari meruit. Strabo quoque et Haymo
 viri doctissimi bedae fratres sunt habiti. quorum alter plerasque omelias eleganti ser
 mone composuit. Alter vero genesim commentatus est. Bedam autem inuitatum a Sergio
 papa. ut romam iret scripta pape ad etelfridum abbatem monasterij ubi erat Beda ostendit.



Corpus sancti benedicti feruntur temporibus sisinij pape e monte cassino furto sublatum propter solitudinem loci et in galli
 am translatum fuisse. Vel ut alij scribunt de monte cassino ad monasterium floziacense. cum scolastica sorore
 fuisse translatum per monachum nomine aygulfum.

Pipinus dux



Pipinus austrie. vel ut alij volunt austrie dux et gubernator cognomēto ve
 tulus seu breuis: occupandi regnum francie fundamenta iecit. Unde carolorum glo
 riosum nomen apud francos initium sumpsit. Cum is intellexisset bertarium quendam igno
 bilē. Cuius opera theoderic⁹ francie rex plurimum utebatur omnibus odio esse. coactis in unum
 ingenti copijs in galliam traiecit. ac theodorici cum berthario obuium factum. collatis si
 gnis fundit fugatque. Salutem sibi bertharius fuga quasiuit. In regnum vero theodori
 cus se recipiens. Pipinum victorem pace sequestra regni gubernatorem et maiorem
 domus (ut galli aiunt) efficit. Et extunc francorum reges degenerantes victores regnum
 administrare ceperunt. Pipinus igitur rebus in regno compositis consanguineo suo in
 administratione constituto. Ipse in austriam rediit. ubi septem annis regnavit.